

(3) Post tenebras lux, post inopiam miseriam- A que Exaltatio: Prov. XV, 33. XVIII, 12.

(4) Familiarum incrementa jamjam tacta vers. 38.

USUS E VERSU XLII.

(1) Piorum est, videre, attentèque observare miras hominum vicissitudines, ut illinc cum suis discant sapere, Deumque moderatorem humillimè venerari. Psal. LXXVII, 12: seqq.

(2) Gaudendum est piis, non ob vanas mundi delicias, sed in sancta sanctissimi Patris cœlestis voluntate: Phil. III, 1. IV, 4. Rom. XII, 12.

[3] Magna Iniquorum mundi mancipiorum est loquacitas ac protervia contra Dei providentiam piosque Dei cultores: (v. præc. II. & VIII.) at

(4) Obturabuntur hujusmodi ora suo tempore, ingruentibus Dei iudiciis conspicuis ac justis. In silentio igitur & spe fortitudo nostra: Jes. xxx, 15.

USUS E VERSU XLIII.

(1) Sapientia vera non occupatur circa transitoria, sed circa Dei sui sapientiam, justitiam, clementiam, potentiam, &c. tam quoad populos atque familias, quam singulas etiam personas.

(2) Observatio includit tum mentis examen atque discussionem, tum memoriam tenacem, tum applicationem debitam.

(3) In gratia Domini omnis nostra debet occupari meditatio, inque gratia eadem desinere.

PSALMI CVIII. DISPOSITIO.

Laudat beneficia DEI. Felix. Regnum Christi. Cor paratum.

Est hinc I. Dei celebratio: (1) cor meum paratum est: vers. 2. (2) canam psallamque (ore) etiam gloria mea: ibid. (3) adhibitò nablîô citharæque: idque (4) manè: vers. 3. (5) inter populos nationesque: vers. 4. (6) ratio: gratia tua cœlis major est: & veritas tua ultra nubes: vers. 5.

II. Invocatio: (1) Exaltare, ô Deus, supra cœlos, & gloria tua super omnem ter-

ram: vers. 6. finis: ereptio fidelium. (2) salvamur. (3) exaudi nos: vers. 7.

III. Spei professio: cujus (1) fundamentum, Dei verbum: (2) res sperata: gaudebo: distribuam Sichemum &c. vers. 8. ad 13.

IV. Conclusio: tum suspirans: ser nobis opem propter hostem. ratio: salus hominum vana: vers. 13. tum sperans: cum Deo faciemus virtutem &c. vers. 14.

PSALMUS CVIII.

EXPLICATIO VERSUS I.

שיר מזור Canticum psalmi:) similem inscriptionem, quoad nexum ambarum harum vocum, vide sis Psal. XLVIII, 1. LXVI, 1. LXXXIII, 1. LXXXVIII, 1. & inverso ordine שיר מזור Psalm. LXVII, 1. LXVIII, 1. Cur verò psalmus hic, qui nihil continet diversi à Psal. LVII. & LX. sed ex utriusque conflatus est extremis, addatur cœteris, Bellarmin. b. l. fatetur sibi ignotum, nisi fortè ad complendum numerum 150. psalmodum. Verùm respondet Tarnovius ps. pœn. p. 262. ea, quæ de victoria una atque altera ibi, hic de alia nova, & tertia aut quarta afferri. Ita Genebrardus agi hic opinatur non de Davidis liberatione à Saule, ut illic, sed de Christi & Ecclesiæ contra Mahumetem & antichristum triumphis. Muus conjicit, emolliri h. l. exordium Psal. LX. duriusculum, aliquandiu post periculum superatum. prævalet tamen adhuc Tarnovius.

EXPLICATIO VERSUS II.

נכון paratum:) in proposito hoc pio solidè confirmatum; vide eandem hanc phrasin Psalm. LVII, 8. נכון לבי ô Deus, obfirmatum inquam cor meum. confer etiam Psal. LXXVIII, 37. lingua sua mentiti sunt ipsi, & cor ipsorum non נכון עמו nec fideles fuere in fœdere ejus. Hinc Campensis: constanti sum animo. Lutherus: Gott/ es ist mein rechter Ernst. (prius: Gott/ mein Herz ist bereit) Insolentiam Censoris Capelli, ex Psal. LVII, 8. repetenda esse hæc verba conjicientis, repressam vide à Buxtorf. amicit. p. 397. seq.

אשירה canam:) hilari videlicet cum corde,

tum ore, tua prædicando beneficia: &c. vide hæc duas voces pariter copulatas Psal. LVII, 8. Campensis: quare & voce cantabo, & psallam instrumentis musicis. Lutherus: will singen und tichten.

etiam gloria mea:) vel juxta Campensem: idque ex animo. Lutherus; meine Ehre auch; in marg. mein Saitenspiel/ da ich dich mit ehre. Per Gloriam metonymicè intelligitur id, quod in Davide imprimis gloriosum aut præstans, videlicet anima, tanquam imaginis divinæ receptaculum, & qua cuncta alia præcellit animalia. qua ferè ratione gloria Libani vocantur arbores eximie, gloriam Libano vel maxime concilians Jes. xxxv, 2. LX, 13. item gloria Carmeli, c. V, 18. sic & arca fœderis vocatur gloria, tanquam præcipuum aliquod dignitatis Israëliticæ documentum, Rom. IX, 4. ita intelligit Camero oper. f. 242. (ex Gen. XLIX, 6.) Kimchi, Genebrardus, Vatablus, Aben Esra. Vel per Gloriam intelligi potest Lingua glorificans, quæ & ipsa è præcipuis gloriosissimisque est corporis humani membris, juxta Psal. XVI, 9. latatum est cor meum, & exultavit gloria mea, i. e. secundum Act. II, 26. & γλωσσῶν μου ita Piscator & Belge. Vide Gen. XLIX, 6. in secretum eorum non eat anima mea, in cœtu eorum non uniatur gloria mea. Psal. xxx, 13. propterea canet tibi gloria (mea) & non tacebit Psal. LVII, 9. evigila gloria mea. Psal. VII, 6. conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in pulvere collocet. Præmittitur autem particula copulativa etiam, aliquam intendendim vim habens gradatoriam, q. d. canam [ore], psallam (instrumentis.) imò verò & imprimis quidem

occupatu
tantissimu
Prov. XXII,
repsum. V
Genes Gene
EXPI
עוּגוּ עוּגוּ
ad res ina
Dudis exprin
modo rapt
sacrum f
leguntur
evigila na
nablîô
gaudiis tam
Jes. XIV, 11
LXXI, 22
excit
ero in lau
era non ex
ut ex
transitivè
Psal. xxxv, 23
Lutherus oli
item
EXPL
celebra
ad fuit Psal
atque, &
חומר
EXPL
quid
sequens f
12. exigui
עוּגוּ עוּגוּ
ipso tacitè
erat, anne cle
certis, quo
aque ad luna
limites
h. l. infinit
bitur, quipp
cœtos, ac
includi neq
posicionum
tum videtur
illis commu
gramm. p. 15
Cob. V, 7. al
Psal. CXIII
6. Domin
קוקים
estus ejus על
volumam כי n
Specificativ